



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio tertia. Vtrum vsurario non repetenti aliquid vltra fortem, vel si recipiat postea restituit, teneantur ille qui ab eo mutuu[m] recipit facere aliquam curialitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Ad quartū dicendum q̄ oēs solemnitates veteris legis fuerunt institutae in cōmemorationē alicuius beneficii diuini, vel iam exhibiti, vel figurati. Et quia inter oīa beneficia mundo exhibita præcipuum & generalissimum fuit beneficium creationis, inter exhibēda autē præcipuū futurum erat beneficium redemptionis pro passione Christi. Ideo obseruantia sabbati in qua commemorabatur beneficium creationis, seu quies ab operibus creationis, & in quo figurabatur quies corporis Christi, in sepulchro post opus redemptionis fuit potissima & præ aliis cōmemoranda. Alię verō solemnitates celebrantur propter aliqua particularia beneficia, propter quod eis prætermissis fit mentio de solo sabbato inter præcepta decalogi quę dantur toti communitati.

QVÆSTIO SECVNDA.

Vtrum tradere mutuum sub vsura sit licitum.

Tho. 2. 2. q. 78. ar. 1.

Deinde queritur de vsura. Et primo vtrū tradere mutuum sub vsura sit licitum. Et videtur q̄ sic, quia cuiuslibet licitum est consulere indemnitati suę, contingit autem q̄ aliquis concedens mutuum alteri, recipit ex hoc damnum quatenus ex pecuniā sua lucratus fuisset si eam habuisset, ergo videtur quod talis possit pro indemnitate sua aliquid recipere vltra sortem.

2. Item vnusquisque tenetur de debito honestatis aliquid compensare ei qui sibi gratiā facit vt dicitur. 5. Ethi. sed illa qui pretium, aut mutuum dat, gratiā facit ei, ergo recipiens mutuum tenetur tradenti aliquid recompensare. Sed non videtur esse illicitum obligare aliquem ad illud ad quod exiure naturali tenetur, ergo non videtur esse illicitum, si aliquis mutuans alteri pecuniam deducat in obligatione aliquam recompensationem.

3. IN CONTRARIVM est quod dicitur Luc. 11. Date mutuum nihil inde sperantes, quarto etiam Ethi. dicitur hoc esse turpe lucrum. Et primo Politi. dicitur quod vsura est præter naturam.

4. RESPONSIÓ. Circa quæstionē istam videnda sunt duo. Primum est vtrū accipere vsurā pro quocunq̄ mutuo sit licitū. Secundum est vtrū aliquo modo possit esse licitum in mutuis aliquid recipere vltra sortem.

5. Quantum ad primum dicendum q̄ accipere vsurā pro pecuniā mutuata est secundum se iustum, quod patet sic, quia vendere vnum vt duo, & recipere duo propter vnum est illicitū. Sed hoc fit in vsura, ergo &c. Maior patet, quia cum iustitia consistat in quadā aequalitate (vt patet ex 5. Ethi.) vendere ea quę sunt vnum tanq̄ duo & recipere pro eis pretiū quasi pro duobus distinctis est cōtra aequalitatem, & per consequens contra iustitiam propter quod est illicitū. Minor enim sic declaratur. Quædā enim res sunt quarum vsus est ipsarū consumptio, sicut vinum consumitur bibendo, & cibus comedendo. Et in talibus res vel vsus quoad translationē in alterū nō possunt seorsum computari, quia vnum nō potest sine altero transferri. Si ergo quis velit seorsum talem rem vendere & seorsum vsum rei, vendit eadem rem bis: vel vendit eidem id quod est iam suum quod idem est. Quia per vnā venditionem totū transfertur. Et ideo talis manifeste peccat cōtra iustitiam. Hoc autē fit in vsura in qua aliquis vltra pecuniam mutuam, vel vinū seu bladum, petit sibi duas recompensationes, vnā quidē recompensationē æqualem. Aliam verō quasi pretium vsus quod vsura dicitur. Alia verō sunt quorū vsus nō est ipsius rei consumptio sicut in domo, equo, & huiusmodi. Et in talibus seorsum potest vnusq̄ cōcedi pro determinato pretio, vt cum aliquis donat alicui domum reseruatō sibi vsu, vel e converso quando concedit vsum rei reseruatō sibi dominio, & in talibus recipere aliquid vltra rem traditā propter vsum rei non est illicitū nec in talibus est vsura. Et sic patet primum. q̄ vsura est illicita de se, etiā secundum Philosophos morales. Prohibetur etiā iure diuino in vet. & nō vlt. propter quod Clemens. V. in concilio Vien. decreuit omnes dicentes vsuras esse licitas, tanquam hæreticos puniendos. Cap. ex graui.

6. Quantum ad secundum aduertendum est q̄ accipere realiquid in mutuis vltra sortem potest esse dupliciter. Vno modo tanq̄ pretium mutui, vel rei mutuatae & sic nunquam est licitum, sed est vsura vt patet ex his quę di-

ta sunt statim. Alio modo tanquam stipendium laboris seu seruitiū ipsius mutuantis, & sic istud posset esse in casu licitum. Verbi gratia, si aliquis auctoritate illius qui præest Reipub. ordinaretur seu statueretur ad tradendum mutuum indigentibus, & de hoc seruiret Reip. in qua sunt plures qui mutuis indigent & nisi inuenirent qui eis mutuum traderent notabiliter damnificarentur, & per consequens Resp. in eis, si talis inquam tradens gratis mutuum reciperet pro seruitio quod cōmunitati exhibet aliquid certum salarium annuatim taxandum auctoritate illius qui præest Reip. non videretur esse illicitū, quia quilibet seruiens Reipub. de seruitio licito & Reip. necessario meretur mercedem seu remunerationem. Sed talis de quo statim dictum est seruiret Reipublicę de seruitio licito ex quo gratis mutuum traderet nec vltra sortem aliquid peteret, seruitium etiam tale est Reip. necessarium, quia sine mutuis multum deperiret de bono regimine & vtilitate ciuitatis, quia non solum singulares personę notabiles, sed etiā ipsa cōmunitas in quā plurimis partibus indigent mutuis pro certis & arduis, ac necessariis negotiis expediendis, ergo seruiens & se ac sua exponens pro tali seruitio exhibendo Reip. a singularibus personis meretur mercedem ex tali labore & seruitio. Et si eis taxetur merces huiusmodi auctoritate Reip. non videtur illicitum: quin potius iustum & debitū, sed istum modum non legi nec auidi alicubi statutum vel ordinatum.

7. Ad primum arg. dicendum quod ille qui dat mutuum potest absque peccato in pactum deducere recompensationem danti per quod sibi subtrahitur aliquid quod debet habere, hoc enim non est vendere vsum pecunię, sed damnum vitare, vt si aliquis mutuans pecuniam dicit se teneri alteri infra certum tempus ad illam iustinā pecunię quā si nō solueret perderet pignus maioris valoris, talis posset sine peccato ducere in pactum quod recipiens ab ipso mutuo talem pecuniā teneretur ei de damno nisi solueret intra determinatum tempus, sed recompensationē damni quod posset prouenire ex eo quod de pecuniā sua mercaretur non potest licite in pactum deduci, quia nō debet vendere id quod non habet & quod potest multipliciter impediri.

8. Ad secundum dicendum per interemptionem minoris, ille enim qui tradit alteri mutuum sub vsurā nō facit ei gratiam, nec ex esse etia beneficere hoc procedit, sed ex affectu priuato quo quis querit lucrum suum cum damno alterius propter quod recipiens non tenetur ad aliquam recompensationem.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum vsurario non repetenti aliquid vltra sortem, vel si receperit, postea restituit, teneatur qui mutuum ab eo accepit, facere aliquam recompensationem.

Tho. 2. 2. q. 78. ar. 2.

Secundo queritur vtrum vsurario nō repetenti aliquid vltra sortem, vel si receperit, postea restituit, teneatur ille qui mutuum ab eo receperit, facere aliquam recompensationem. Et arguitur quod sic, quia idem videtur esse iudicium de illo qui gratis dedit mutuum & de vsurario qui vsuras non receperit, aut si receperit restituit. Sed danti gratis mutuum recipiens tenetur ad antidota, hoc est, ad aliquam recompensationem, ergo similiter recipiens mutuum ab vsurario (qui nec vsuras receperit, & si receperit eas restituit) tenetur ei ad aliquam recompensationem.

2. Itē naturali æquitate recipiens beneficium obligatur ei qui dedit. Sed recipiens mutuum a tali vsurario recipit ab eo beneficium cū in aliquo iuuetur & in nullo lædatur, ergo tenetur ei ad aliquam recompensationem.

3. IN CONTRARIVM arguitur, quia reddenti debitum recipiens non tenetur ad aliquam recompensationem. Sed si vsurarius nō repetat vsuras, aut si eas receperit, tamen eas restituit nihil facit nisi abstinere ab indebito, vel reddere quod est alteri debitum, ergo nulla recompensatio debet ei fieri.

4. RESPONSIÓ. Dicendum est simpliciter q̄ vsurario tradenti mutuum vsuris non tamen vsuras repetenti



aut non recipienti, aut si receperit restituit, recipiens mutuum a tali usurario non tenetur facere aliquam recompensationem. Quod patet sic, quia aliquis potest teneri ad recompensationem alicui alteri dupliciter. Uno modo ex debito iustitiae. Alio modo ex debito aequitatis amicitiae quo homo tenetur ad alium & maxime ad beneficium amicitiae conferendum. Recompensatio quoque fit ex debito iustitiae attenditur secundum quantitatem beneficium quod quis accepit. Et ad hanc potest quis certo pacto obligari, nec ad plus tenetur quam mutuo accepit de pecunia, vel quacunque alia re cuius usus est consumptio. Et si ad plus obligatur, fit contra iustitiam commutativam quae consistit in aequalitate. Recompensatio vero quoque est ex debito amicitiae praeter quantitatem rei quam in mutuis respicit iustitia considerat affectum ex quo mutuum procedit, puta quia sponte tradidit, ut amicus, & ad utilitatem recipientis. Et ideo proportionabiliter recompensatio ad quam tenetur, debet esse spontanea. Nec potest cadere sub aliqua civili obligatione per quam inducitur quaedam necessitas. Ex his dicendum est ad propositum. Si usurario restituenti tenetur aliquis quocummodo hoc esset vel ratione primi contractus usurarii, vel ratione actus restituendi. Non ratione contractus usurarii, quia illa tentio seu obligatio vel esset ex debito iustitiae vel amicitiae, non ex debito iustitiae, quia hoc debito nullus tenetur in mutuis nisi ad illud quod accepit, nec ex debito amicitiae, quia affectus usurarii mutuantis sub usura non est affectus amicitiae querentis bonum alterius, sed est affectus querentis bonum proprium cum damno alterius, quare &c. Nullo ergo modo ratione primi contractus usurarii tenetur aliquis ad recompensandum aliquid usurario ultra fortem.

5. Item nec ratione sequentis restitutionis, quia ut prius haec tentio seu obligatio, vel esset ex debito iustitiae, vel amicitiae. Non ex debito iustitiae propter eandem rationem quoque prius facta est. Et iterum si esset ex debito iustitiae posset poni sub pacto, & obligatione civili quod non est verum, imo tales restitutiones factas ex pacto damnant iura, quare &c.

6. Item nec ex debito amicitiae propter tria. Primo, quia haec obligatio est ad beneficium cui debet beneficiarius non esse ingratum. Vnde & inter amicos duos ille qui recipit mutuum sibi gratis traditum tenetur ad recompensationem, non solum mutui ex debito iustitiae sed ad gratiarum actionem, vel ad aliquid aliud ex debito amicitiae. Ille autem qui tradidit alteri mutuum non tenetur ad aliquam recompensationem ei qui mutuum sibi reddit, quia talis non confert beneficium, sed reddit debitum. Sic autem est in proposito, quia usurarius restituens quod iniuste accepit non confert beneficium, sed reddit debitum. Et ideo in hac restitutione recipiens non tenetur in aliquo, nec etiam ad gratiarum actionem. Secundo, quia sicut recompensatio quae est ex debito amicitiae est gratuita, sic causa ex qua oritur debet esse gratuita nec potest cadere sub civili obligatione. Sed restitutio usuratum non est gratuita illo modo quo loquimur de gratuito. scilicet est merè liberale, potest etiam cadere sub civili obligatione, quia danti viaras convenit restitutio in foro contentioso, ergo &c. Tertio quia debitum amicitiae in recompensante respondet actui amicitiae in eo cui fit recompensatio. Sed restitutio non est actus amicitiae, sed iustitiae quae debet aequaliter servari ad inimicum sicut ad amicum, propter quod recipiens restitutionem usurarium sibi debitam nullo modo obligatur usurario restituenti ad quacunque curialitatem modicam in verbo, vel facto, imo usurarius qui iniuste pecuniam alterius derinuit tenetur ei ad interesse secundum arbitrium boni viri.

7. Ad primum arg. dicendum quod maior est falsa, quia dare mutuum gratis procedit ex affectu benevolentiae. Et ideo recipiens mutuum tenetur ei ad aliquam recompensationem quaecumque sit illa. Sed tradere mutuum sub usura non procedit ex affectu benevolentiae, sed avaritiae per quam tradens quaerit iuctum proprium cum damno recipientis. Et dato quod tales viaras non recipiat aut receptas restituat hoc non procedit ex affectu benevolentiae, sed ex debito iustitiae. Et ideo ex nulla parte debetur ei recompensatio, quavis possit comendari ut poenitens, vel ut iustus. Cum etiam dicitur in minore quod recipiens mutuum gratis traditum tenetur an antidota. Verum est, quia si trades alias indigeat mutuo ille qui recipit

ab eo mutuum, tenetur ei gratis dare mutuum si potest, sicut gratis ab eo receperit, tenetur etiam ei ad gratiarum actionem, sed non tenetur ad aliquam recompensationem pecuniariam.

8. Ad secundum patet responsio ex praedictis, quia affectus usurarii tradens mutuum non est affectus benevolentiae, sed potius intendit laedere. Et quavis postea poeniteat non recipiendo viaras vel restituendo receptas, ex hoc tamen alius non obligatur ei ut declaratum fuit.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum liceat accipere pecuniam mutuo sub usuris.

Thom. 2. 2. q. 78. ar. 4.

Tertio quaeritur, utrum liceat accipere pecuniam mutuo sub usuris. Et videtur quod non, quia nullus potest licite petere quod alius non potest licite dare, sed usurarius non potest dare mutuum ad usuram, ergo nulli licet ab eo pecuniam accipere sub usura.

2. Et confirmatur per illud quod dicitur Rom. 1. Digni sunt morte non solum qui faciunt ea, sed qui consentiunt facientibus. Sed accipiens mutuum sub usuris consentit usurario tradenti mutuum ad usuram, ergo sicut tradens peccat, ita & recipiens.

3. **IN CONTRARIUM** est, quia dicere quod recipere mutuum sub usura sit peccatum mortale est damnare totum mundum vel maiorem partem, quod est inconveniens.

4. **RESPONSIO.** Intelligendum est quod in accipiente mutuum sub usura est duo considerare, scilicet causam & modum. Causam si hoc faciat motus iusta necessitate, vel motus sola cupiditate augendi pecunias sicut faciunt aliqui mercatores sperantes maius lucrum ex pecunia sub viaris accepta sequatur damnum de usura, & loquor de mercatoribus qui absque mercatione habent unde decenter vivunt, sed mercator solus ex cupiditate lucri. Secus enim esset de mercatoribus illis qui non habent unde decenter vivant nisi ex mercatione, quia tunc quod fit propter mercationem fit per iustam necessitatem. Ex parte vero modi accipendi similiter est distinguendum, quia aut talis petit mutuum absolute, puta centum sibi mutuo, aut petit cum determinatione usure superexcrecentis puta sibi tradi pro. 100. Hoc supposito dicendum est quod accipiens mutuum sub usura absque iusta necessitate peccat, quia non solum peccat qui dat aliquid directe occasione peccandi, sed etiam qui sciens & absque iusta necessitate proponit alicui materiam unde sumit occasio nem peccandi maxime quando credit eum esse dispositum ad tale peccatum. Verbi gratia, si mulier credat aliquem virum dispositum ad concupiscendum eam si sciens & absque necessitate iusta vel debita utilitate praesentet se ei peccat, vnicuique enim mandavit Deus de proximo suo: non satis autem displicet alicui donatio proximi qui sciens proponit ei materiam unde proximus sumit occasionem peccandi, talis enim est qui absque iusta necessitate petit mutuum sub viaris, quare &c.

5. Si utem hoc faciat motus iusta necessitate, aut petit mutuum cum determinatione usure excrecentis, puta centum pro centum & viginis. Et sic credo quod peccat, quia nullus potest absque peccato aliquid ab alio petere, quod scit absque peccato non posse illud dare. Et dico non posse, ad remouendum multas instantias quoque possent fieri, sed usurarius non potest dare mutuum cum pacto superexcrecentiae absque peccato, ergo nec alius potest absque peccato aliquid petere sic, forte tamen excusantur illi qui sic petunt ex ignorantia, vel inadvertentia, vel quia firmiter tenent quod aliquid absque pacto superexcrecentiae mutuum non tradent. Si autem petat mutuum absolute, sed usurarius non vult tradere nisi sub pacto superexcrecentiae, puto quod tunc non peccat accipiens mutuum sub usura. Cuius ratio est, quia qui patitur iniustum non peccat ut dicitur. Ethic. quod est verum nisi consentiat iniustum facienti. Tunc enim non solum patitur, sed coagit. Sed accipiens mutuum sub usuris praedicto modo patitur iniustum, nec consentit facienti, ergo non peccat. Maior iam patet. Minor etiam manifesta est quantum ad alteram partem, scilicet quod talis patiatur iniustum. Obligatur enim ad plus quam receperit, quod est contra iustitiam. Sed quantum ad alteram, scilicet quod non consentiat iniustum facienti non est manifesta, sed valde dubia, quia usurarius non obligat recipientem mutuum aliquod ultra fortem